De anomaliae verborum graecorum causis
dissertatio secunda

qua

orationes

ad celebrandam memoriam Matronae nobilissimae

D. a Kreytzen

e gente Kospothorum

et

viri clarissimi

Joh. Dieterici a Tettau

d. XXII. Junii

in auditorio maximo habendas

indicit

C. A. Lobeck
P. P. O.

Regiomonti Borussorum,
typis Academicis Hartungianis.
MDCCCXXXVII.

Secundus ordo quae continet omnia in usu retenta sunt praeter *ἔω*, cujus solum restat imperfectum *ἐόν, ἔω* (*ἰέω*) unde *ἠφίουν* declinatum, et *θέω* unde *προθέουσι* apud Homerum; *πρέω* innotuit ex Hesiod. Th. 856. ubi cod. *ἔπρεε* praebet pro vulgato *ἔπρεσε* v. Hermann. Opusc. Vol. VI. P. 1. 189. *Χρέω τὸ χρέμπτω*, ex quo latinum s c r e o praefixo sigma ut scribo, scrofa etc. — Quae sequuntur in *ῑω*, eorum primum imperfecto *ἶον* (*ξύνιον*) praestructum est, secundum in verbi *εἶμι* inclinamentis apparet, tertium adscripsi propter eos qui homericum *βίομαι* interpretati sunt *ζήσομαι*, antichronismo usi, ut opinor; *Βλίω, πᾶσα λέξις ἀπὸ τῆς βλι ἀρχομένη διὰ τοῦ ῑ γράφεται, εἰ μὴ ἀπὸ κλίσεως ῥήματος σχῇ αὐτὴν διὰ τὸ βλῆμι* Etym. M. p. 201, 35. *δίω* ob perfectum *δέδια* et medium *δίομαι*. *Μίειν* et *μνίειν* auctores habent Photium et Hesychium: *Μίσασθαι μιτώσασθαι, Μίειν ἐσθίειν, Καταμιεῖ καταπίνει, κατεσθίει· μιεῖν γὰρ τὸ ἐσθίειν, Μνίει ἐσθίει, Μνείειν ἐσθίειν*, quorum priori agnatum videtur *μίτος*, alteri *μιστύλλειν* apponant et quae huic subjecta sunt *μεῖον, μικρός, μινυός*, copulatis edendi et comminuendi notionibus sicut eduliorum partes minutissimae frusta dicuntur a frio i. q. frendo, et *ψίχες* sive *ψιχία* micae v. Koen. ad Greg. p. 281. a *ψίω τὸ ἐμβρωματίζω* Arcad. 164, 26. Horum pleraque complexus est Theognostus Anecd. Cram. T. II. 146. sq. *τὰ διὰ τοῦ ῑω δισύλλαβα βαρύτονα διὰ τοῦ ῑ γράφονται, ἴω ὃ καὶ περισπᾶται ἐξ οὗ καὶ τὸ ἵημι, μνίω τὸ ἐσθίω, τίω διφορεῖται περὶ τόνον, οὐ περὶ γραφήν· λίω καὶ αὐτὸ διφορεῖται γεγονὸς ἀπὸ τοῦ λῶ λιῶ δηλοῦντος τὸ θέλω, πίω, ψίω, σημειωτέον τὸ εἴω, ἀφ' οὗ ὁ παρακείμενος εἶα καὶ ἤϊα, καὶ ὁ δεύτερος ἀόριστος ἴον* et alius quis p. 329, 14. *κτίω, δίω, πίω, λίω, τίω, ψίω τὸ λεπτύνω*.

Disyllaba in $\overline{\text{οω}}$ Arcadius et Theognostus praetermittunt unumque affert sed obsoletum Etym. M. 147, 48. *βῶ βόσω* (scr. *βώσω*) unde *βόσις*, *βοτόν* et, puto, *βοῦς*. Alterum Schol. A. ad Il. VI. 500. sed dubitanter: *γόον ἀντὶ τοῦ γόων συνεστάλη ἢ ἀπὸ βαρυτόνου.* Etym. M. 238, 23. *ὁ μὲν Ἀπολλώνιος δευτέρας συζυγίας αὐτὸ εἶναι λέγει καὶ παρατατικοῦ κατὰ συστολήν· ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς δευτέρου ἀορίστου*, recte sine dubio si ad usum refertur, sed hoc nihil impedit quominus, quod pro aoristo valet, nativum imperfectum esse dicamus. Neque alia est sententia de homerico *λόε*, de secunda praes. medii *καταλόει* apud Aristophanem, et hesiodio (*μὴ ἔσθειν μηδὲ*) *λόεσθαι* Op. 149. cujus accentum Passovius in penultimam transferri jussit, cui facilius concedam in Scolio XXI. (Athen. p. 695.) pro *λόει λοεῖ* corrigenti etsi in hujusmodi carmine ne id quidem necessarium duco. Verbi *θόω* vestigia nulla nisi apud Grammaticos; Etym. M. 460, 14. *θώραξ παρὰ τὸ θῶ τὸ ἀπολαύω, ὁ μέλλων θώσω, — θῶσθαι* (ut *ὑπνῶν*) *οἱ Δωριεῖς τὸ εὐωχεῖσθαι* (v. Bast. ad Greg. p. 357.) *θώμενος θοινώμενος* Hesych. quae eadem ad *θάω τὸ τρέφω* referuntur ut *μῶσθαι* ad *μάω*. *Ζόω* assumtum est ex Hesychii glossa *Ζούσθω ζωννύσθω*. *Πόω* ex Etym. M. 698. 51. *πῶ — ἔστι καὶ ῥῆμα παρ' Αἰολεῦσιν, οἷον χαῖρε καὶ πῶ — ὅπερ λέγεται ἐν ἑτέρῳ σύμπωθι κατ' ἐπαύξησιν ὡς ζῆθι καὶ ζῶθι*, idque principium est temporum obliquorum *πέπωκα* et *πέπομαι* (ut *δέδωκα* et *δέδομαι*) et latini buo (imbuo) ut luo a *λόω*, sed significatione factitiva. Illud vero *πόω*, quod Coraeus Atact. T. II. p. 122. nomini *πῶμα* (operculum) et novitio *ἐμπώθειν* (boucher) originem dedisse sumit, si unquam germinavit, diu radicitus evulsum est.

Quae sexto collocavi loco, eorum tredecim a Theognosto p. 148. praetermissa sunt, nec solum thematica ut *πλύω, πνύω, πύω, χῦω*, sed etiam vulgo recepta ut *βλύω, βύω, κλύω, στύω, τρύω, φύω, φλύω*, quod ipse omisissem una cum *τρὺω*, quia aliam utriusque formam *φλέω, τρέω*, in secundo posui ordine, si sciri posset utra sit principalior. Omisi tamen verba in $\overline{\text{ωω}}$ exeuntia,

ζώω, πλώω, τρώω, σώω, ῥώομαι, χώομαι *) et quod critici Moscho XI. 2. restituunt *ἐπεμώετο*, quoniam ea nativa forma non est. Verborum, quae diphthongum continent, pars maxima primitivorum numero excluditur, sed sunt etiam, quae ad simpliciorem speciem revocari nequeant, *παίω, παύω, κλείω, γεύω, οἴω* etc.

Postremo quae iisdem literis diversa significant, semel scripsi, quia id quoque persaepe obscurum est natura ne differant an usu, et ex pluribus significationibus quaenam sit antiquissima. Tria sunt verba *ἄω*, spiro, satio, infatuo, quorum duo postrema naturae vinculo copulata videntur quia homines omnium bonorum satietate elati gestiunt et hallucinantur, ut vulgo dici solet fortuna occaecat homines, id quod verbo *ἆσαι* proprie significatur, neque recte illud Lexicographi laedere interpretantur ne addito quidem, quod semper intelligi debet, animum. *Το δρῶ σημαίνει τέσσαρα τὰ κρατῶ, τὸ ὑπηρετῶ ἐξ οὗ δραπέτης, τὸ βλέπω, τὸ πράττω* Et. Gud. p. 544, 62. Ex his unum in usu est *δρῶ τὸ πράττω*, a quo positivum *δρῶ τὸ κρατῶ* et hinc declinata *δράσσω, δράξ* manus (propr. Griff) fortasse non longius absunt quam in nostra vernacula lingua Hand, handeln. Neque diversum statuo *δρῶ τὸ ὑπηρετῶ*, unde *ὑποδρήσσω* ductum et nomen *δρήστης ὁ διάκονος*. Sed aliud certe fuit *δρῶ*, ex quo *δρασκάζω, ἀποδιδράσκω (ἀπέδραν) δρασμός, δράστης, δράπων* (inserta litera *π* ut *ἄπος, θήπω*) extiterunt cognata fortasse cum *δράμω*. Et porro aliud *δρῶ τὸ βλέπω*, cujus compositum affert Orion. p. 157, 7. *ὑποδρώμενοι εἴρηται ἀντὶ τοῦ ὑφορώμενοι* **) et nomen *ὑποδρασία ὑποψία* Hesych. atque adverbium *ὑπόδρα*, quod gutturalem verbi *δρακεῖν* asciscit *ὑποδράξ* v. Parall. C. II. 123.

---

*) Mirum est veteres huc referre *γνώω* et *δώω* Etym. M. 237, 30. Eustath. 1910, 41. quae non magis ad rem pertinent quam *ὑποδρώωσι, παραδρώωσι*.

**) Hesychius *Ὑπαιδράσειαν* (sic codex) *ὑποψειαν*, ubi *ὑποδρασίαν ὑπωψίαν* corrigunt ad evitandum activum *ὑπόπτω*.

Haud minus diversa sunt *θῶ τὸ θηλάζω καὶ ἀμέλγω* Schol. Od. IV. 89. quod vel ad *θάω τὸ τρέφω* pertinet vel ut Athenaeus IX. 396. ad *θέω διὰ τὸ ἐντίθεσθαι τὰς θηλὰς εἰς τὰ στόματα τὰ βρέφη* sive potius quia lactentes uberibus applicantur, et *θῶ τὸ θεῶμαι*, *λῶ* doricum et *λῶ* (*λεύσσω*) epicum, *φάω τὸ σφάζω* unde *πέφασμαι* Lycophr. 269. et *φάω τὸ φαίνω* cujus imperfectum restat et modi obliqui *προφάνησι* Maxim. 286. *φάοι* v. 22. *φάουσα* Arat. similiterque alia multa easdem literas sed diversum intellectum habent. Atque hanc ambiguitatem significationis conjunctam cum exilitate soni jam supra significavi in causa fuisse cur aliae atque aliae adderentur literae. Sed jam eo pervenimus ut haec incrementa primitivorum et generibus describere et exemplis illustrare possim iis, quae modo percursa sunt.

§. 3.

Verborum graecorum sicut ordine literarum primum ita usu et significatione sine dubio antiquissimum est *ἄω*, si quidem non de ventis proprie dicitur sed de animantibus anhelitum ducentibus, cujus sonus naturalis est *αα*. Id certe suadet verbum imitativum *ἄζειν, τὸ διὰ* *) *τοῦ στόματος ἀθρόως ἐκπνεῖν λέγουσιν Ἀττικοὶ μιμούμενοι τὸν ἦχον τοῦ πνεύματος* Anecd. Bekk. 348. quod expressius dicitur *ἀάζειν* multumque discrepat ab *ἄζειν* i. q. *στένειν* sive *αἰάζειν*, nam hoc ab interjectione provenit, id est orationis parte significabili, ut *φεύζειν, ὤζειν* etc. illud a sono effuticio ut *λύζειν, τρύζειν, σίζειν, ῥάζειν*. Ab *ἄω* proxime abest verbale *ἄος τὸ πνεῦμα* Hesych. ut *δάος, φάος, χάος*, et rariore formationis genere *ἀήρ* ut ab *αἴθω αἰθήρ*. Illi inserta est litera *π*, quam paullo ante attigimus, *ἄπος*, vapos (*ἀτμός*) et praefixum *κ* *κᾶπος ὁ κάματος ἢ τὸ ἀπὸ τῆς ὁδοῦ ἆσθμα* Schol. Eur. Phoenn. 857. quae in Grammaticorum libris saepe paroxytona sunt *ἄπος*

*) Praepositio male omissa est apud Etym. M. et Zonar.

et *κάπος*, sed prius apud Euripidem legitur producta priore, cui alii vocalem addiderunt *αἶπος κάματος* Hesych. nisi diversa miscuit. Idem *Κάπυς πνεῦμα* et suo loco profert et aliis (ne quis *κᾶπος* substituat) cui adhaeret verbum *καπύω καὶ καπύσσω ὡς ἀφύσσω* Orion. p. 65, 8. eorumque alterum utrum apud Homerum legitur *ἀπὸ δὲ ψυχὴν ἐκάπυσσε*, quo loco imperfectum aptius videtur quam aoristus. Praeterea affertur *Κέκηφε τέθνηκε* Hes. ut latine dicitur animam agere, cui quod conveniat praesens *κήφω* (ut *νήφω νένηφε*) aut *κήπω*, non reperitur sed Grammatici, etsi nomen *κῆπος* huic familiae adscribere non dubitant, solum alpha ponunt in themate *κάπω τὸ πνέω ἐξ οὗ κάπος τὸ πνεῦμα καὶ κάπνος* Eust. p. 541, 45. *κάφος φασί τὸ πνεῦμα ὅθεν τὸ κεκαφηότα* p. 1281, 38. quod Herodianus trope effectum dicit, *κεκαπηώς γάρ, φησὶ, τὸ ἀνάλογον* p. 561, 12. a praesente circumflexo *καπῶ, καπήσω, κεκάπηκα*, alii autem a perfecto *κέκαφα* novum praesens *καφέω* extitisse putant v. Schol. Il. V. 698. ut *θηλέω, δουπέω, γεγωνέω* etc. Hinc ad aliarum consonantium interpositiones progrediar. Ab eodem igitur *ἄω* veteres ducunt *ἄζω τὸ ἀζαίνω* diversum a priori *ἄζω* et *ἀάζω*, quatenus hoc a syllaba *ἆ* ut *μύζω* a *μῦ*, *γρύζω* a *γρῦ* ductum est, illud ex verbo *ἄω* jam generali flandi significatione induto, ut a *βιβάω βιβάζω, βιάω βιάζω, φάω σφάζω, σχάω σχάζω* etc. Eidem latini inserunt lambda halo, quo pacto ex *ἕννυμι* velo ortum videtur. Praepositionis unum exemplum *Ζάει πνεῖ* Hes. ex quo *ζῆν* vivere natum creditur v. Anecd. Cram. I. 181. Interpositam vocalem tria ostentant verba, quae significationes diversas sed radices communes habent; primum *αὔω τὸ φωνῶ* apud epicos tragicosque v. Hermann. Opusc. T. III. 56. unde *ἄβωρ βοή Λάκωνες* Hes. et fortasse *ἄελλαι (αἱ) φωναί* Etym. M. p. 19, 44. pro quo tamen ex Etym. Leyd. *ἀελλάδες φωναί* corrigunt v. Ellendt. Lex. Soph. T. I. p. 25. alterum *αὔω* sive *αὔω τὸ ξηραίνω*, unde *σαυκός* siccus pendet, quia ventus quae afflat, siccat, idemque videtur *αὔω τὸ φλογίζω* ignem sufflo (*αἰθύσσω*) quod Schol. Od. I. 272. ab illo aspiratione distingui tradit; nec diversum *ἄπτω* ut *δάω* (*δαΐζω*)

δάπτω, λίω λίπτω, δύω δύπτω, θράω θραύω θρύπτω, χρίω χρίπτω. Tertium *αὔω τὸ κοιμῶμαι* Nic. Th. 263. cui plerumque iota additur *ἰαύω* et nonnunquam delta *δαύω*, v. Neue ad Sapph. LXXXVI. hoc notabilius, quo incertiora sunt cetera hujus additamenti exempla *δέψω ἀντὶ τοῦ ἕψω* E.M. 16, 14. *δείλη* pro *εἵλη* v. Buttmann. Lexil. II, 191. *πολυδίψιον πολυβλαβές· ἔστι δὲ πλεονασμὸς τοῦ δ* Schol. Il. IV. 171. *δἴσατο ἀπὸ τοῦ οἴω· μήποτε καὶ τὸ δοάσσατο ἅμα τῇ τροπῇ τοῦ διχρόνου καὶ περισσῷ κέχρηται τῷ δ, ὡς καὶ τὸ δνοφερὸν παρὰ τὸ νέφος**) *καὶ παρὰ τὸ ἴψαι Σοφοκλῆς δίψιόν φησι τὸ βεβλαμμένον* Sch. Apoll. IV. 14. Herodianusque *π. Μον.* p. 22, 5. *Αἰολεῖς δίψος λέγουσι τὸ ὕψος*, sed mendose pro *Αἰολεῖς δ' ἴψος* ut apparet ex Anecd. Cram. I. p. 63, 29 et 418, 31. *τὸ κατ' ἀρχὴν υ Αἰολεῖς τρέπουσιν εἰς ι, κατ' ἰψηλῶν ὀρέων*, cui simile *ἴπαρ* ex Joanne Hort. Adon. p. 244. b. affert Maittairius p. 208. Haec igitur verba veteres omnia ab *ἄω* repetunt, neque errare videntur.

*) De hoc dicetur in Dissert. de literis praepositivis.